

^a/villa e. man. me. cor. villai

^b/magno e.

^c/superer. m. r. alias magnus prefectus.

^d/ubi superer. m. r.

^e/cor e. superer. m. r. corona

multa capita divisa, caninum blandien-
do, leoninum seviendo et lupinum
fugiendo, frequenter in una conveniunt
malicia. Etiam ex villa dicuntur
villani^a qui inter ceteras gentes magis
sunt rudes et minus ad leonum flexi-
biles. Ergo non sine studio et magno^b
labore fecit eos viam veritatis agnos-
cere. Constat tamen, quod istud
exercitium cum aliis adiunctis fuit
ad episcopatum magnum profectum^c. Nam
videns se esse in terra nationis perverse,
ut unus imperator destatur in quodam
privilegio ecclesie Metensi concessio in
Lothoringiam datum, dicens: datum
N. loco in terra nacionis perverse,
et ubi^d vim vi oportet repellere. Incepit
omnes munitiones episcopatus fortificare,
nova edificia sumptuosa edificando,
inveterata emendando et destructa
reparando, ut se et suos defenderet, si
aliquis insullum faceret. Specialiter
in Nomeneyo edificavit castrum, quasi
Lothoringie speculum. Item in Tico
turre castri et aulas inveteratas e-
mendavit et mira altitudine elevavit,
novaque edificia addendo et fossata
emendando. Item Medium-vicum muros
cincxit; similiter et Baccaretum quod
nunc est quasi corona^e inter alia castra.
Pulcrum etiam ecclesiam ibidem funda-
vit. Item castrum de Pambertivillari
non suis temporibus incendio destructum
miro modo reparavit et nova edificia